

Band VII., Nr. 2225, Seite 149-150

Propst und Konvent von Sindelfingen und Wolpot von Rohr vertragen sich wegen der strittigen Vogteibezüge des letzteren von Gütern in Maichingen.

Sindelfingen, 1271. August 8.

Anno domini MCCLXXI., VI. idus Augusti, mota dudum questione ex parte prepositi et capituli in Sindelphingen contra F[ridericum] de Rore quondam militem super eo, quod ipsos in bonis Mochingen sitis occasione advocatie cuiusdam molestabat et contra iustitiam dampnificabat, propter quod excommunicatus universe viam carnis est ingressus, talis inter Wolpotonem filium dicti militis pro se et suis germanis cum dicto preposito et capitulo compositio intervenit, antequam pater traderetur ecclesiastice sepulture, quod idem Wolp[oto]^a publice recognovit^b de dictis bonis in Mochingen pro iure advocacionis sibi unum maltrum sigillinis^c et unum maltrum avene solvi debere solummodo annuatim, et duo solidi^d Hallensium solvuntur Seiwitinger stūre^e de dictis possessionibus, quibus solutis dicte possessiones ab omni servitio sunt immunes. Recognovit etiam, quod pater suus, dum viveret, taliter composuerat cum eisdem, licet ultra debitum ipsis XXX quartalia sigillinis et XXX quartalia avene abstulisset, adiciens^f hanc penam, ut si dictus Wol(poto), quamdiu esset earundem possessionum advocatus tutor vel possessor, si ultra id, quod prescriptum est, prefatos prepositum et capitulum dampnificet vel molestet, cum hiis, que tunc abstulerit, ad restitutionem priorum dampnorum a patre, ut prescriptum est, illatorum totaliter teneatur cum fideiusoribus ad hoc datis discretis viris Cūnrado de Wurmelingen^g et R[einhardo] de Bihingen canonicis dicte ecclesie, qui se ad premissa omnia fideliter obligarunt. Et ut hec a memoria hominum non excidant et nulla dubitatio in posterum oriatur, rogatu partium presens instrumentum conscriptum, cum dictus Wol(poto) sigillum proprium non haberet, sigillis nobilium virorum Ūl[rici] et R[üdolfi] comitum de Tuwingen exstitit communitum.

 Actum Sindelpfingen, die et anno predictis, indictione XIII.

^a *Wolpl* mit Abkürzungsstrich über *p* und durch *l*.

^b Vor *recognovit* ist *reconnovit* durch untergesetzte Punkte getilgt.

^c Hier und im Folgenden *sigll.* mit Abkürzungsstrich durch *ll*.

^d *duos sol* mit Abkürzungsstrich über *sol*.

^e Vor *stuore* ist *strore* durch untergesetzte Punkte getilgt.

^f *addiciens*.

^g Zwischen *W* und *r* das sonst für *er* übliche Abkürzungszeichen.

II

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An weißer Leinenschnur das Siegel des Grafen Ulrich von Tübingen-Asperg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1574 (WUB, Bd. V, S. 334), jedoch von einem anderen, ca. 2 mm größeren Stempel (derselbe schon WUB, Bd. VII, S. 25). Vom 2. Siegel nur noch ein Einschnitt im Pergament.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 601 U 51

Überlieferung und Textkritik:

Original. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomat
tar HStA Stuttgart H 14 Nr. 234, S. 304.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Sindelfingen

Ortsindex:

Beihingen Wohnplatz (1166)
 Beihingen, Freiberg am Neckar, LB

Maichingen Wohnplatz (210)
 Maichingen, Sindelfingen, BB

Rohr Wohnplatz (43)
 Rohr, Stuttgart, S
 Sindelfingen Wohn-
platz (211)
 Sindelfingen, BB
 Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, TÛ
 Wurmlingen Wohnplatz (16193)
 Wurmlin-
gen, Rottenburg am Neckar, TÛ